HIERONYMUS
um 836/859 Seite 30r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38178
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



faetorem. et audierat iudiciũ sanguinis.
quod non solum de odore et auditu sed
de uisu quoque intellegimus; Quo quia
male fuerant abusi sampson et sedecias
priuantur; surdum quoque dñs et mutũ
facit ne lingua eorũ ꝑtranseat usq; ad
terram. et tactus omis aufertur in his qui
uitam paenitus perdiderũ. et haec fiant
ut ignicuncta purgentur. et pereat
aegypti fornicatio. ne cultra oculos suos
ad mala possit adtollere;

HB Quia haec dic dñs dñs. Ecce ego tradam
" te in manus eorũ quos odisti in manus
" de quib; satiata est anima tua. et agent
" tecum in odio. et tollent omis labores tuos
" et dimittent te nudam. et ignominia ple
" nam scelus tuũ et fornicationes tuae fe
" cerunt haec tibi. quia fornicata es post
" gentes inter quas polluta es in idolis earũ;
" in uia sororis tuae ambulasti. et dabo
" calicem eius in manu tua; haec dic dñs dñs.
" calicem sororis tuae bibes profundũ
" et latũ eris in derisũ et in subsannationẽ.